

JO. GOTTL.
HEINECCII JC.

S. REG. MAJ. PRUSS. CONSIL. INTIMI,
& Jur. ac Philos. in Illustri Fridric.
P. P. Ord.

HISTORIA
JURIS CIVILIS
ROMANI, AC GERMANICI,

QUA UTRIVSQUE ORIGO ET USUS
in GERMANIA ex ipsis fontibus ostenditur,

COMMODA AUDITORIBUS METHODO
adornata, multisque Observationibus
haud Vulgaribus passim illustrata.

Editio Veneta prioribus auctior & correctior.

*esl
2. 12a
lena 2*



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCLXIV.

Superiorum Permissu, ac Privilegio.



LECTORI

BENEVOLO

S. P.



Uæ mihi hunc adornandi libellum octavo abhinc anno fuerit occasio, AMICE LECTOR, quamque pæne præcipiti festinatione ille a me tunc in chartam conjectus sit, ex ea, quam primæ editioni præmissi, præfatione, satis, ut opinor, perspexeris. Non potui ergo non tum vereri, ne ea scriptione satisfecisse videar quam paucissimis, iisque saltim, quibus nihil, nisi quod eximia quadam cura scriptum perpolitumque sit, placere solet, perfe-

* 2

ctius



HISTORIA JURIS CIVILIS.

LIBER PRIMUS.

DE ORIGINE, PROGRESSU,
VARIISQUE MUTATIONIBUS
JURIS ROMANI.

CAPUT PRIMUM.

*De Origine, & Progressu Juris Romani
sub Regibus.*

§. I.

ROMA, Albanorum colonia, sed
initio magno advenarum, ma-
xime ad asylum Romuli con-
fluentium, concursu, postea &
totis civitatibus gentibusque dedititiis in-
tra mœnia receptis sensim suppleta; mo-
res ac religionem majoris patriæ, aliarum
coloniarum exemplo retinuit. * Quum er-
go illi patrii mores in scripturam non-
dum essent redacti: *urbs Roma initio sine*
Hein. Hist. Jur. Civ. &c. A 10

*Quomo-
do Ro-
mani ius
tuo sine
lege &
jure con-
to?*